

## Band IV., Nr. 1125, Seite 190-191

*Herzog Ludwig von Teck erteilt der von Adelheid und einigen andern seiner Ministerialinnen vorgetragenen Bitte, sich und das Ihre zu regelmässigem beständigem Dienste Gottes in Kirchheim zu vereinigen, seine Zustimmung und verleiht zugleich mit dem Kirchherrn allda denselben mehrfache näher bezeichnete Begünstigungen.*

Teck, 1249. März 4.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ludewicus, dei gratia dux de Teche, universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quoniam divina disponente clemencia in huius mundi loco eminenti constituti ad omnes Christiane professionis amatores caritatis opus defensionis clipeum exercere tenemur, maxime tamen in fidei domesticis id volumus adimplere, hinc est, quod notum esse volumus tam presentis temporis Christi fidelibus quam futuris, quod Adelheidis et quedam alie ministeriales nostre divinitus inspirate ad locum Kyricheim deo sub regulari disciplina ibidem perhenniter militature se suaque contulerunt, nostram super hoc licenciam postulantes. Nos igitur, tam sanctum ipsarum propositum non solum [non]<sup>a</sup> impedire, verum etiam in omnibus quibus possumus promovere volentes, iustis earundem postulationibus pium prebemus assensum. Si qui vero ministerialium nostrorum predia sua vel res alias predicto loco contulerint vel deo sibi inspirante in futurum conferre voluerint, super hoc nostram licenciam liberam habeant et voluntatem. Item cuilibet nostrarum villarum talem libertatem concedimus, ut ipsis liceat possessiones suas vel res alias ad eundem locum conferre. Item nos et rector ecclesie de Chiricheim libertatem eidem domui concedimus talem, ut ipsa sepulturam habeat specialem et sacerdotes similiter plurales<sup>b</sup> in divinis officiis agendis, que spectant ad easdem dominas et familiam ipsarum. Item prefate Christi familie nostrorum indulsimus communitatem camporum, ut videlicet cum animalibus suis sine impetione civium pastorem habeat specialem, et decimam ovem sui armenti nobis attinentem ipsi pie remittimus. Ne autem nostre donacioni fiat preiudicium circa eandem domum, annuatim denarium percipimus in nostre memoriam donacionis. Et ne ulli hominum illis unquam temporibus huic nostre concessioni ausu temerario liceat contraire, presentem paginam nostri sigilli munimine roboramus. Presentibus Heinrico Edo dicto, Heinrico Senphelino dicto et Chvnrado fratre suo, Diethoho, Hermanno dapifero et Heinrico clero Edo dicto, Chvnrado

---

<sup>a</sup>Wort in der Vorlage ausgelassen.

<sup>b</sup>Das übrigens deutlich geschriebene Wort steht auf einer Rasur.

## II

rectore puerorum de Kyricheim. <br> <br> Acta apud Teche, anno domini  
M<sup>O</sup>. CC<sup>O</sup>. XL<sup>mo</sup> nono, IIII. nonas Marcii.

---

Nach einem Vidimus der Herzoge Friederich des Schönen und Leopold des Glorreichen von Österreich von 1309 Okt. 25, an welchem die Siegel der beiden Aussteller, insbesondere ein sehr schönes Reitersiegel des ersteren, anhängen.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 493 U 29

### Überlieferung und Textkritik:

In einem Vidimus von 1309 Oktober 25 der Herzöge Friederich des Schönen und Leopold des Glorreichen von Österreich.

### Editionen:

Besold: Virginum sacrarum monimenta, S. 549.

### Regesten:

Ecker: Kloster St. Johannes-Baptista, Nr. 6, Nr. 74.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Teck

### Aussteller:

Ludwig; Herzog von Teck

### Ortsindex:

Kirchheim unter Teck Wohnplatz (373)<br> Kirchheim unter Teck, ES<br> Teck Wohnplatz (437)<br> Teck, Owen, ES